NOS RECTOR ET UNIVERSITAS CAES. REG. FRANCISCEA LEOPOLIENSIS

LECTURIS SALUTEM

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut qui honestis studiis et artibus diu se dediderant, antequam ad vitæ communis usum atque praxim sese conferant, antea omnia subeant rigorosa examina, ut debitum eruditionis suae testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Vir

Dominus

STANISLAUS EQUES de WROĆMIÉROWA

BIESIADECKI

30 kr. C. M.

Galicianus Siekloviensis diligentem aſsiduamque jurisprudentiae multos annos operam navaſset, atque jam ad exhibenda doctrinae suae specimina paratus eſset petiiſsetque a Nobis, ut ipsum titulo academico, doctrinae suae convenienti ornaremus: Nos cum honestiſsimae aequiſsimaeque ipsius petitioni hac in parte deeſse non poſsemus, ipsum primo per universam jurisprudentiam accurate examinavimus, ac deinde theses ex omnibus juris speciebus desumptas, publice adversus omnium opponere volentium, argumenta objectionesque tuentem audivimus. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem suam ac juris peritiam abunde Nobis probaſset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate ab Augustiſsimo Imperatore **Francisco Josepho I.** Nobis conceſsa, eundem Dominum **Stanislaum Equitem de Wroćmiérowa Biesiadecki** die 31. Julii anni millesimi octingentesimi quinquagesimi sexti, Doctorem in jure pronunciavimus ac declaravimus, dedimus ac damus ei potestatem, Cathedram doctoralem ascendendi, ac de jure respondendi, consultandi caeteraque exercendi, quae juris Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac praerogativas, quaecumque vero juris Doctori legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum majori Universitatis Sigillo signatum, nec non manu nostra subscriptum ei dari curavimus.

Leopoli die trigesima prima mensis Julii anno millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto.

Onuphrius eques de Krynicky
SS. Theol. D^r Hist. eccles. Prof. p. o.
Canonicus Cathedr. Premisliensis r. g.
h. t. Universitatis Rector Magnificus

D^r Joannes Pazdera
caes. reg. Professor scientiarum politicarum et statisticae
publicus ordinarius, h. t. facultatis jurid. polit. Decanus

D^r Andreas Fangor
caes. reg. professor juris civilis Austriaci tum antiqui Poloni
loco Notarii

NOS RECTOR ET UNIVERSITAS CAES. REG. FRANCISCEA LEOPOLIENSIS

LECTURIS SALUTEM

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut qui honestis studiis et artibus diu se dediderant, antequam ad vitæ communis usum atque praxim sese conferant, antea omnia subeant rigorosa examina, ut debitum eruditionis suae testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque Vir

Dominus

STANISLAUS EQUES de WROĆMIÉROWA

BIESIADECKI

30 kr. C. M.

Galicianus Sieklowiensis diligentem aſsiduamque jurisprudentiae multos annos operam navaſset, atque jam ad exhibenda doctrinae suae specimina paratus eſset petiiſsetque a Nobis, ut ipsum titulo academico, doctrinae suae convenienti ornaremus: Nos cum honestiſsimae aequiſsimaeque ipsius petitioni hac in parte deeſse non poſsemus, ipsum primo per universam jurisprudentiam accurate examinavimus, ac deinde theses ex omnibus juris speciebus desumptas, publice adversus omnium opponere volentium, argumenta objectionesque tuentem audivimus. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem suam ac juris peritiam abunde Nobis probaſset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. – Quapropter potestate ab Augustiſsimo Imperatore **Francisco Josepho I.** Nobis conceſsa, eundem Dominum **Stanislaum Equitem de Wroćmierowa Biesiadecki** die 31. Julii anni millesimi octingentesimi quinquagesimi sexti. Doctorem in jure pronunciavimus ac declaravimus, dedimus ac damus ei potestatem Cathedram doctoralem ascendendi, ac de jure respondendi, consultandi, caeteraque exercendi, quae juris Doctores exercere solent. Tribuimus ei insuper privilegia omnia ac praerogativas, quaecumque vero juris Doctori legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum majori Universitatis Sigillo signatum, nec non manu nostra subscriptum ei dari curavimus.

Leopoli die trigesima prima mensis Julii anno millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto.

Onuphrius eques de [illegible]
[illegible]
Canonicus Cathedr. [illegible]
h. t. Universitatis Rector Magnificus.

D. Joannes [illegible]
caes. reg. Professor scientiarum politicarum et statisticae publicus ordinarius, h. t. facultatis jurid. polit. Decanus.

Dr. Andreas [illegible]
caes. reg. professor juris civilis Austriaci tum antiqui Polonici loco Notarii

Przyb. 769/[illegible]